

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Svpplementvm Tertiæ Partis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtrum furia impedit matrimonium? 3

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38817**

abolus sic Deo fortior, ut per violentiam opera  
ex im-  
in fessu  
er damo-  
per quam  
se credi-  
e que nos  
facienda,  
ixenore,  
nemum  
um; unde  
iunt; ju-  
c est con-  
que cum  
dum est:  
t est per-  
n est per-  
erendum  
exit; sicut  
differentia  
qui ex hi-  
d vnam  
im dimi-  
ceri. Si  
d vnam &  
clefizio-  
as, vnde  
corruptionis  
terus se-  
e dructa  
o à Deo in  
serpentis  
am in aliis  
serpente  
Dei pect-  
, non con-  
da

Ad tertium dicendum, quod maleficium est ita  
perpetuum, quod non potest homo habere remedium  
humani, quamvis Deus posset remedium praesta-  
re, dæmonem cogendo; vel etiam dæmon, desilendo:  
no enim semper oportet, ut id quod per maleficium  
humani est, possit per aliud maleficium destrui, ut ipsi  
malefici confitentur. Et tamen si posset per malefi-  
cum remedium adhiberi, nihilominus perpetuum  
putaretur: quia nullo modo debet aliquis dæmonis  
nihil per maleficium inuocare. Similiter non  
oportet, quod si per peccatum aliquod diabolo data  
potestas in aliquem, quod cessante peccato cesseret  
potestas: quia pena interdum remanet, culpa tran-  
sitione. Similiter etiam exorcismi Ecclesiæ non va-  
lide ad reprimendum dæmones semper, quantum  
omnes molestias corporales, iudicio diuino hoc  
genere: semper tamen valent contra illas infes-  
tiones dæmonum, contra quas principaliter insti-  
ti sunt.

Ad quartum dicendum, quod maleficium quando-  
potest praestare impedimentum ad omnes, quan-  
que ad unam tantum: quia diabolus voluntaria-  
le est, non ex necessitate naturæ agens. Et pra-  
estare impedimentum malefici potest esse ex impres-  
ione dæmonis in imaginatione hominis, ex qua tol-  
lo viro concupiscentia mouens ad talēm mulie-  
& non ad aliam.

ARTIC. III.

249  
¶ Hi qui.  
¶ Ne-  
que. 32.  
9-7. ¶ Co-  
ditellus.  
extra de-  
spofsal.  
3 p. q. e 8a  
art. 12.

Vtrum furia impedit matrimonium?  
D tertium sic proceditur. Videtur, quod furia  
non impedit matrimonium. Matrimonium  
spirituale quod in baptismo contrahitur, di-  
ctum est quam carnale. Sed tamen furiosi possunt bapti-  
zari. Ergo & matrimonium contrahere.  
2 Præterea, Frigiditas impedit matrimonium,  
quantum impedit carnalem copulam: quæ non

Kk 4 impe-

impeditur per furiam. Ergo nec matrimonium.  
¶ 3 Præterea, Matrimonium non dirimitur, nisi  
per aliquod impedimentum perpetuum. Sed de furia  
non potest sciri utrum sit impedimentum perpetuum.  
Ergo non dirimit matrimonium.

q. 50. ar-  
tic. unico  
corp.

¶ 4 Præterea, In verbis supradictis sufficien-  
ter continentur impedimenta impeditia matrimo-  
nium. Sed ibi non sit mentio de furia. Ergo, &c.  
SED contra, Plus tollit rationis usum furia, quam  
sup q. 51. error. Sed tamen error impedit matrimonium. Ergo &  
ar. 1. li. 4. furia.

sent. d. 34  
§. D.

¶ 5 Præterea, Furiosi non sunt idonei ad aliquem  
contractum faciendum. Sed matrimonium est con-  
tractus quidam. Ergo, &c.

RESPONDEO dicendum, quod furia, aut præce-  
dit matrimonium, aut sequitur: si sequitur, nullo  
modo dirimit ipsum. Si autem præcedit, tunc aur  
furiosus habet lucida interualla, aut non habet: si ha-  
bet, tunc quamvis dum est in illo interuallo, non fit  
tum quod matrimonium contrahat, quia necesse  
prolem educare; tamen si contrahit, est matrimo-  
nium. Si autem non habet, vel si quando non habet  
contrahit: tunc, quia non potest esse consensus vi-  
deatur rationis usus, non erit verum matrimonium.

Ad primum ergo dicendum, quod usus rationis  
non exigitur ad baptismum quasi causa ipsius, sed  
exigitur ad matrimonium. Et ideo non est ratio  
lis ratio\*, cum de baptismo furiosorum dictum sit  
supra. \*

\* Alia.  
men.  
\* Tho. in  
4. d. 4. q.  
3. art. 1.  
q. 3.  
\* lib. 4.  
sent. d. 34  
§. C.

Ad secundum dicendum, quod furia impedit ma-  
trimonium ratione sue cautæ, quæ est consensus  
quamvis non ratione actus, ut frigiditas. Sed tamen  
similiter cum frigiditate Magister\* de ea determinat:  
quia utrumque est quidam naturæ defectus.

Ad tertium dicendum, quod momentaneum im-  
pedimentum, quod causam matrimonij, scilicet con-  
sensum impedit, matrimonium totaliter tollit, sed  
impedimentum quod impedit actum, oportet esse

perpetuum ad hoc quod matrimonium tollat.

Ad quartum dicendum, quod hoc impedimentum reducitur ad errorem: quia utrobique est defectus consentius ex parte rationis.

## ARTIC. IV.

*Viram incestus, quo cognoscit quis sororem uxoris sue, matrimonium dirimat?*

242

A D quartum sic proceditur. Videtur, quod incestus, quo quis cognoscit sororem uxoris suæ, matrimonium non dirimat: quia mulier non debet puniri pro peccato viri. Sed puniretur, si matrimonium solueretur. Ergo, &c.

toto titu.  
de eo, qui  
cognovit  
cœsanguini-  
na uxo-  
ris suæ.

¶ 2 Præterea, Plus peccat qui propriam consanguineam cognoscit, quam qui cognoscit consanguineam uxoris. Sed primum peccatum non impedit matrimonium. Ergo nec secundum.

¶ 3 Præterea, Si in pœnam peccati hoc infligitur, videtur etiam si mortua vxore cum alia contrahat incestuosus, quod separari debeat: quod non est verum.

¶ 4 Præterea, Hoc etiam impedimentum non connumeratur inter alia supra + enumerata. Ergo 9. 50.

non dirimit contractum matrimonium. SED contra est, quod per hoc quod cognoscit sororem uxoris, contrahitur affinitas ad uxorem. Sed affinitas dirimit matrimonium contractum. Ergo & incestus prædictus.

¶ 5 Præterea, In quo quis peccat, in hoc punitur. Sed talis peccat contra matrimonium. Ergo deberet puniri quod matrimonio priuerit.

RESPONDEO dicendum, quod si aliquis cognoscit sororem, aut aliam consanguineam uxoris suæ, non tollit matrimonium contractum, etiam post sponsalia debet matrimonium separari ratione affinitatis contracta. Si autem post matrimonium contractum consummatum, non debet totaliter separari matrimonium: sed vir amittit ius perendi debitum, nee potest sine peccato petere. Sed tamen deberet reddere d. 34. S. E. peten-

ii. 4. 5. 12.